









1770.

1. Bacchet, Carolus Sigismundus : Decapensis con-
cursus reliquisque damnis creditorum.
2. Henne, Rudolph Christ, Decanus ordinis jurconsulto-
rum . . . solennia inauguralia . . . Joannis
Augusti Gerstaeckeri . . . indicit, simulque
nonnulla de vi conventionum et legum tacite,
praemittit.
3. Henne, Rudolph Christ, Decanus ordinis jurconsulto-
rum . . . solennia inauguralia . . . Joannis
Eliæ Fiegleri . . . indicit, simulque nonnulla de
fidejussore principaliter obligato, praemittit.
4. Henne, Rudolph Christ, Decanus ordinis jurconsultorum
. . . solennia inauguralia . . . Henrici Corli
Winters . . . indicit, simulque nonnulla, de privilegiis
personarum, creditorum, et rem ementem nuntium. *partis*

orto super bonis sctoris concussa, impetente,
promotio F.

5. Henne, Rudolph Christoph: De differentia inter
verum aedes ecclesiasticas aedificandas aut reparandas
~~procuratorem et syndicum veris et spuris~~
in Universitate Saxonica regulariter nec in casu sum-
mae necessitatis obligandi

6. Henne, Rudolphus Christoph: De differentia inter
procuratorem et syndicum ~~veris et spuris~~

7. Henne, Rudolphus Christoph: De laudibus censuali
velut in der Erziehung. Lehrkraft.

8. Spitz, Joannes Christoph, Facult. juridicae . . . Decanus:
lectori honorato s. p. D. (ad Dissertationem in ang. Phil.
Sigismundi Buchelii insert.)

1771.

1. Henne, Rudolph Christ solennis in angariae . . .
Georgii Mauri Urbis . . . indicit simulque non.

nulle de prescription immémoriale prescrites
nem pro prescribente operante praemittit.

2. Jator, Ludovicus: De novationibus.

3. Turin, Wlaim Ignatius, Facult. jur. Decanus:
lectori benevole s. p. d. (ad dissertationem inang.
Ludovici Jator invitat).

4. Turin, Wlaim Ignatius, Facult. jur. Decanus:
lectori benevole s. p. d. (ad dissertationem inang.
Hermannii Pauli Jiegleri invitat).

5. Turin, Wlaim Ignatius, Facult. jur. Decanus:
lectori benevole s. p. d. (ad dissertationem
inang. Pauli Augusti Jauri invitat).

6. Turin, Wlaim Ignatius, Facult. jur. Decanus:
lectori benevole s. p. d. (ad dissertationem inang.
Georgii Christiani Voigthii invitat).

7. Turin, Adamus Tynalius: . . . An possessio legitima
sua liberet a satisfactione.
8. Turin, Adamus Tynalius: De bonorum possessionibus,
praesertim usum earum hodieus
9. Turin, Adamus Tynalius: De natura et indole
actionis ad palmariam, et quid intersit, eam esse
aut poenalem aut rei persecutoriam.
10. Gieglerus, Hermannus Oehler: De finium regundis
iudiciis
1772.
1. Bachmann, Franciscus Maurilius, Facult. iur.
Jicac Socanus . . . solennia inauguralia S.D.
iudic.
1792. Bd. 1783 - 1801.
2. Sator, Christianus Heurtens: De pignorum praerogativa
generativa, et speciatim de pignore publico, pignori
legitimum indistincte anteponeat.

1772.

3. ^{ai by}

3. Schall, Fredericus Franciscus: De jure circa
sacra regni Germanorum et imperatorum Romanorum
et gentis Sarmicae? Guelph

4. Schorch, Hieronym. Fridor. Lectori benevole s. p. d.
(ad Dissertationem in ang. Georgii de Clemens Mith-
witz invitat).

5. Schorch, Hieronym. Fridor., Facult. juridicae Decanus
Lectori benevole s. p. d. (ad Dissertationem in ang.
Fridenci Henrici Sator invitat.)

6. Schorch, Hieronym. Fridor., Facult. juridicae Decanus
Lectori benevole s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Fridenci
Francisci Schallii invitat).

7. Schorch, Hieronym. Fridor., Facult. juridicae Decanus
Lectori benevole s. p. d. (ad lect. can. Leonii Davida
Schummi invitat).

8. Schorch, Hieronym. Bidor., Facult. juridicæ decanus
 - - - - - lectori benevole s. p. d. (ad Dissertationem
 inaug. Joannis Philippici Wilkenii iuristat).
9. Schorch, Hieronymus Fideusius: De remedio spoli
10. Wilkenius, Joannes Philippus: De quarto tertio ad
 artic. ELXII Const. Crim. Cord.

1773.

1. Dieterich, Cornelius Fideusius: De suppressa lege rei
 publicæ.
2. Henne, Paul. Christoph., Decanus Ordinis Factorum
 - - - solennis inauguralia Or. Augusti Henrici
 Schroeter. . . indicit simulque nonnulla de
 credito ad particulari solutionem acceptandam,
 in nonnullis casibus obligato, præmittit.
3. Henne, Paul. Christoph., Decanus Ordinis Factorum

... - solennia inauguralia ... Josephi Chod.
Kass. Morten ... indicit simulque nonnulla
de dominio pignoris Gomansei in creditorum
translato, praemittit.

4. Henne, Rud. Christoph, Decanus ordinis Litorum
... - solennia inauguralia ... Dr. Fideici
Corri Diekerich ... indicit simulque nonnulla
de usu et abusu artis criticae in jurisprudentia.

5. Henne, Rud. Christoph, Decanus ordinis Litorum,
... - solennia inauguralia ... Dr. Joannis
Friederici Hammanni ... indicit simulque non-
nulla, de solutione biennali praemittit.

6. Henne, Rudolphus Christoph: De senatus consiliorum
vis et autoritate.

7. Henne, Rudolph Christoph: De vi et potestate
clausulae codicillaris testamentis adjectae.

10. Henne, Rudolph Christoph: De vi et potestate clau-
sulae codicillaris testamentis, quae ex post in-
firmantur adjectae.

1. 9. Hommelius, Christianus Fredericus Benjamin:
De differentiis inter querelam inofficiorum, qua
parentibus ac liberis et quae fratribus confectae

2. 10. Merken, Joseph Christianus: De unifacta eden-
cenda.

11. Schorch, Hieronym. Fides, Facult. ^vjuridica decan-
... lectori generali s. p. 7. (ad dissertationem
in reg. Christiani Fidei. Benjamin Hommelii
3. ...
test).



1770. 3
DECANVS

96
3

ORDINIS IVRECONSVLTORVM IN PERANTIQVA
ELECTORALI ACADEMIA ERFVRTENSI

D. RVDOLPH. CHRIST.
HENNE, ICTVS

EMINENTISS. AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CON-
SILIARIVS REGIMINIS, DICTI ORDINIS ET IVDICII PROVINCIALIS
ADSESSOR, NEC NON CODICIS ET IVRIS FEVDALIS
ANTECESSOR ORDINARIVS,

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. IOANNIS ELIÆ ZIEGLERI,

ERFVRTENSIS,

DICASTERIORVM ELECTORALIVM ERFVRTENSIVM ADVOCATI IVRATI

AD DIEM XII. SEPT. MDCCLXX.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSFLMINI
PERAGENDA, INDICIT,

SIMVLQVE NONNVLLA DE FIDEIVSSORE
PRINCIPALITER OBLIGATO,

PRÆMITTIT.

ERFORDIÆ,

AERE HENRICI RVDOLPHI NONNII, ACADEMIÆ A TYPIS.



109

ORDINIS IURISCONSULTORUM UNIVERSITATIS
 ELECTORALIS ACADEMIAE SALTENSIS
 D. RUDOLPHI CHRISTI
 HENRI
 EMERITUS, AC CELEBRISSEMI ERUDITIONIS ET TITULI MONTANI
 SALTENSIS REGIMINE DIGNO ORDINE ET LAUDIBUS
 ABBAS, NUNC COMITIS ET IURISCONSULTI
 ANTIQVORVM ORDINIS
 SOLEMNIA LAVABARIA
 NOMINE SIMILIT. CHALCANTH. ET IN CANTH. AN.
 DN. IOANNIS ELIE ZIEGLERI
 ERVATVS
 DIGNITATEM ELECTORALIS ACADEMIAE SALTENSIS
 AD IAN. 17. 1700. XCV.
 IN AUDITORIO IURISCO COLLEGI ANTIQVARI
 PRAESENTIA INDICIT
 SIMILIT. CHALCANTH. ET IN CANTH. AN. DE PRAEIVSSORVM
 PRINCIPALITER COLLEGATO
 PRAESENTIA
 ERVATVS
 VIRE HENRICI IURISCONSULTI ACADEMIAE A TIT.





... non obligat...

Perpetuam inter debitorem & fideiussorem esse relationem, ita, vt prioris obligatio principalis, posterioris autem accessoriae vice fungatur, illis qui vix primoribus labris attigerunt iurisprudentiam, exploratum etiam est & expeditum. Ex quo non potest sequi non, vt sublata principali, etiam tollatur accessoria, siue id fiat ipso iure, siue per modum exceptionis.

§. II.

Vtut vero hæc omnia rite se habeant, nihilominus tamen sæpe mouetur quæstio, vtrum etiam principali obligatione, per modum transactionis inter debitorem principalem & creditorem initæ, sopita & parte debiti remissa, non obstante hac transactione, fideiussor ratione reliquæ summæ a debitore principali non soluta, valide conueniri possit? quam quæstionem eo magis negandam putamus, quo certius constat, per transactionem omnem dissolui causam a) omnia extinguere iura, omnesque dirimi obligationes & actiones, ita, vt iis sublatis, nullum amplius contra fideiussorem competat creditori regressus fundamentum, prouti hanc quæstionem late deduxit, vir quondam celeberrimus **IOSEPHVS AVERANIVS** b).

a) l. 7. §. 1. ff. de transact. l. 68. §. ult. ff. de fideiuss.

b) Interpretat. iuris lib. 3. cap. 8. §. 4. seq.

§. III.

Hæc, vti firmo stant talo, ita etiam dantur exceptiones, vbi liberato licet debitore principali, eoque plane non obligato nihilominus potest conueniri fideiussor, quod omnibus iis contingit casibus, in quibus fideiussor non habet regressum contra debitorem principalem, eumque nec mandati, nec negotiorum gestorum actione pulsare potest, pertinet hunc in censum 1) si fideiussor pro debitore inuito ac repugnante a) fideiussio enim singulare est beneficium, debitoris principalis causa indultum, semperque talem casum supponens, in quo creditor securitatem non sufficientem in debitoris sui persona vel rebus se habere, existimat, ac in fideiussore maiorem putat habere fiduciam, quam quæ ipsi a debitore



principaliter obligato, exhibetur, cum vero beneficium invito non possit obrudi, prono fluit exinde aluco, fideiussoris fidem, hoc in casu omne absoluerit punctum, ac principalem in se recipere obligationem b).

a) l. 37. ff. mandati. l. 40. ff. eod.

b) l. fin. c. de negot. gest.

§. IV.

Nec minus huc pertinet 2) si fideiussor donationis causa fideiussor sit, ac liberalitatem suam erga debitorem principalem nullo iure cogente, exercere voluerit, hic enim a debitore principali non potest repetere, quod ipsi donauit, cum donatio sit pactum irrevocabile a) & penitentia non obnoxium, sed potius donatario ius quaesitum tribuens, ac omnem regressum contra illum prohibens, regressu autem cessante, & neque mandati nec negotiorum actione competente, liberari debitorem principalem, res ipsa loquitur b).

a) l. 9. §. non solum ff. de scto Maced. l. 32. ff. de pactis l. 5. princ. ff. de liberat. legat.

b) §. 6. l. de fideiuss. l. 10. §. fideiussores ff. mandati.

Uterius 3) fideiussor principalis debitoris vice fungitur, si in propriam fideiussoriam utilitatem, & ad eum pecunia & emolumentum ex fideiussione solum peruenerit a) omnis siquidem fideiussio supponit in debitorem principalem commodum & emolumentum quoddam redundare, quae etiam causa est, quod ad indemnitatem ipsi praestandam, vel ex mandato, vel negotiorum gestione, compelli possit, quae vero ratio plane cessat, si omne emolumentum in fideiussoris solum vergat, commodum.

a) l. 24. ff. de pactis. l. 5. §. 1. ff. de liberat. legat.

§. VI.

Speciat hunc in numerum 4) fideiussor pro minore intercedens, qui, ut satisfaciatur obligationi suae compelli potest, etiam si ipse minor ut debitor principalis plane non teneatur a) cum constet naturaliter quidem obligari eiusmodi minorem, obligationem vero civilem tolli, ope exceptionis b) imo minor adiens haereditatem paternam, & quaedam paterna vendens praedia, & se obligans ad praestandam euictionem plane non tenetur, sed potius per restitutionem in integrum contra lesionem ipsi sub-

subuenitur c) fideiussores tamen hoc non attento, soli tenentur, d) cum æquius sit succurrere creditori, quam minori, ita ut restitutionis beneficium fideiussori non comperat, licet hæredi competat, quia hæres ipso iure personam defuncti repræsentat, & vniuersalis est defuncti successor, fideiussor autem intercedit pro debitore ex dispositione hominis, conf. BRVNEMANN e) & MYNSINGER f) cessat vero hoc minoris beneficium si iurato indemnitate fideiussori promiserit g) vel successerit minori h)

a) l. 1. & 2. C. de fideiussoribus minorum.

b) l. 2. C. de iur. pign.

c) l. 24. §. 4. ff. de minor.

d) l. 23. prim. ff. de minor.

e) ad l. 1. C. de fideiuss. minorum.

f) cent. 4. obs. 13.

g) Auth. C. sacramenta puberum.

h) l. 95. §. 3. ff. de solut.

§. VII.

Idem etiam dicendam est §) de expromissore, per expromissionem enim, tamquam conuentionem, qua quis in locum debitoris principalis eius obligationem in se penitus transferendo se substituit a) omnis nexus inter debitorem & fideiussorem tollitur, quo sublato, nulla supermanet ratio, qua creditor ad agendum contra debitorem uti possit, sed potius eo ipso renuntiat iuri suo alias contra illum competenti, & debitor ab omni liberatur obligatione.

a) l. 4. de condict. caus. dat. l. vlt. C. ad Sctum Macedon. §. 3. 4. quib. mod. toll. obligat.

§. VIII.

Pariter huc referimus §) si fideiussor culpa sua condemnationi causam dedit, & sibi competentes exceptiones, iusto non opposuit tempore, tunc enim præstita a fideiussore solutione, nullus amplius contra debitorem principalem locum habet regressus, ad repetendum id, quod est solutum, postulant igitur rebus sic stantibus, regulæ consilii, ut fideiussor conuentus litem denuntiet debitori principali, eum in finem, ut assistentiam in lite præstet, & molestias sibi ex lite metuendas, auertat, qua litis denunciatione omissa, sibi ipsi, quod denegetur regressus, imputare debet, conf. Ill. HELLFELD a)

a) in iurisprudentia forensi secundum ordinem pandectarum §. 1918.



§. IX.

Denique 7) hanc in classem referimus exceptiones quas vocant personalissimas, & ita comparatas, vt offibus quasi debitoris principalis inhæreant, quasque ideo fideiussor opponere non potest, hæc siquidem exceptiones, certas supponunt qualitates personæ, & vtilitatem certæ personæ solum præstant, quarumque causa proxima est qualitas personæ, recte definiente BRUNNEMANNO a) spectat huc v. g. beneficium competentie, beneficium cessionis bonorum, particularis solutionis, rescripti moratorii, & quæ sunt reliqua eiusdem farinae exempla.

a) de cess. act. cap. 4. n. 22.

§. X.

Hiscæ modo recensitis causis exceptis fideiussor non est principaliter obligatus, sed cessante renuntiatione beneficiorum ipsi competentium debitor prius est executendus, & si pro eo soluerit, regressum contra illum habet actione mandati vel negotiorum gestorum, neque hunc regressum ipsi potest auferre, reseruatio & protestatio creditoris, plane enim ius nostrum nobis inuitis auferri non potest, aut deterior fieri nostra conditio a).

a) l. 7. c. de reb. credit. l. 39. ff. de negotiis.

Hiscæ præmissis me ad illum conuerto, qui hanc mihi paginam fecit, ac supra dicta vberius explanabit, est nimirum

NOBILISSIMVS AC CLARISSIMVS

DN. IOANNES ELIAS ZIEGLER¹, ERFVRTENSIS,

IURIY CANDIDATVS DIGNISSIMVS,

in cathedram publicam, speciminum inauguralium edendorum causa, deducendus, summisque in vtroque iure honoribus ex merito condecorandus, qui vt satisfiat mori recepto cursum vitæ suæ huc vsque laudabiliter actæ, sequentibus a se ipso conceptis verbis recenset:

Ego primam lucem adspexi Erfordie d. 3. Octobr. anno CIOIOCCXXXIII. patre Dn. HENRICO BENIAMIN ZIEGLERO I. V. D. huius ciuitatis Consule & omnium dicasteriorum Aduocato ord. quem adhuc viuentem pia mente veneror. matre SOPHIA WILHELMINA EGENTE SOEMMERINGIANA. quam vero præmatura morte mihi septimum ætatis annum vix attingenti ereptam esse adhuc doleo. Omnis itaque fere cura in me educando Patri carissimo erat suscipienda, qui quoque
nihil,

nihil, quod ad bonam sollicitamque educationem pertinet, omisit, cuiusque operam adhibitam grata mente agnoscere nunquam desinam. Hic enim non propria solum cura ingenium meum formare, perpolire, & ad bonos mores perducere adlaborauit, sed & institutioni preceptorum scholæ, quam vocant Michaelitanæ, quam primum ætas ferebat me tradidit. Præceptis iis, quibus puerilis ætas informari solent; imbutus, ad Gymnasium, quod hic floret, senatorium sum promotus anno CIOIO CCLVI. ubi in litteris elegantioribus, & quæ nomen ab humanitate ducunt a Viris doctissimis nempe a Gymnasii directoribus pie defuncto EYSEB. ERNEST. STIELERO I. V. D. & adhuc floreente RYMPELIO I. V. D. & huius Vniuersitatis Prof. publ. Ord. aliisque Professoribus BESLERO, iam Rev. Ministerii Evangelici Seniore & August. Confess. Professore, pie defunctis WEISSENBORNII Sen. & iun. & pie defuncto ADELUNGIO, porro a SCHLOTTHWEINIO iam Xenodochii Pastore, & denique a VOGGLIO iam Theol. Doct. Philosophiæ in hac inclita Vniuersitate Profess. & Ecclesiæ Predicatorum Diacono sum informatus. In primis RYMPELII & BESLERI priuatis institutionibus multum me debere profiteor. Huic Gymnasio anno CIOIO CCLXI. annuentibus Dnis Directore & Professoribus vltimum valedicere mihi licuit, oratione publice habita de prerogatiuis vitæ contemplatiuæ cum actiua coniunctæ exemplo Xenophontis Philosophi celeberrimi. Nunc ad studia academica erat transgrediendum, ideoque in nostra Hierana in ciuium academicorum numerum ab Illustr. SPITZIO tum Rectore Magnifico fui relatus, ubi in studio philosophico & in primis iuris scientiæ elementis Præceptores deprehendi Viros celeberrimos nimirum Excell. Dn. HADELICHIVM ciuitatis Consul. Senior. linguar. oriental. Prof. Publ. Ord. & Facult. philos. Assess. Ord. stili cultioris fundamenta & Gesneri Isagogen explicantem, Magnif. Dn. HESSE Emm. Elect. Mogunt. Consiliar. Facult. Philos. Prof. publ. & Assess. Ord. Physicam explanantem, Celeb. BAYMERYM Emm. Elect. Mogunt. a Consiliis, modo Profess. Med. Ord. in Vniuersitate Giesfensi logicam docentem, iam laudatum Prænob. Dn. RYMPELIVM Achenwallii ius naturæ, Mascouii Historiam imperii Rom. Germanici, Encyclopadiam iuris & Selchouii Antiquitates iuris praelegentem, Illustr. Dn. TYRIN iam Rectorem Magnif. Histor. & Philos. practic. Prof. publ. ord. Mascouii Historiam imperii Rom. Germ. Wolfii ius naturæ, & Heineccii Institutiones proponentem, Excell. Dn. SCHORCHIVM iun. prof. publ. Ord. & Facultat. Iurid. Assess. textum Institut. iur. enodantem, & tandem Illustr. Dn. SCHORCHIVM sen. sacr. Palat. Cæs. Comit. Emm. Elect. Mogunt. Regim. Consil. Facult. Iurid. Assess. Ciuitatis Consul primar. nec non decretal. Prof. publ. Ord. Mascouii Ius Feudale illustrantem, qui quoque Notarium publ. Cæsar. me beneuole creauit. Quibus in Hierana absolutis salanæ petii anno CIOIO CCLXIII. ubi Cl. Dn. HENNINGII lectiones ad logicam theoret. & pract. & philosophiam moral. frequentavi, nec non meditationibus Celeb. Dn. RIEDELI iam in nostra Vniuersitate pbil. prof. publ. ord. ad Logicam Metaphysicam & Politicam interfui.

Ex.

Excell. Dn. SVCCOVIVS Matheſin puram me docuit. Hiſtoriam uniuers. nec non Hiſtoriam I. R. G. ſtatisticam & Jus publicum mihi tradidit. Illuſtr. Erym. SCHMIDPIVS. Ex ore Illuſtr. Dn. HELLFELDI Pandectas, Jus criminale & Jus Feudale hauſi. In Iure Germanico priuato Prænob. Dn. Iob. Ludov. SCHMIDIVS me inſtruxit. In iure canonico præceptore uſuſum Perilluſt. Dn. A. L. C. SCHMIDIO iam Conſil. intim. Viniarienſi. Actiones in foro rite proponendas, & artem ex actis referendi, ſententiasque concipiendi me docuit Excell. Dn. C. F. WALCHIVS. Triennio ita tranſactò Salane ualedixi, patriam reueſus præxi forenſi operam dedi ad ducum Patris, ad quam quoque publice exercendam, ſpeciminibus, quæ ab iis, qui in foro Erfordienſi cauſas agere volunt, exhiberi debent, antea elaboratis, & præſtito iuramento ut Aduocatus gratioſe ſui non ita pridem admiſſus.

Cum vero tot exemplis maiorum ſuorum excitatus Nobiliſſimus Candidatus noſter, ad ſummos in vtroque iure honores acquirendos, animùm induxerit, mentemque ſuam literis cum in finem ordini noſtro exhibitis, ſignificauerit, huic laudabili deſiderio deeſſe nolimus, textus proinde explicandos ipſi communicauimus, & diem examini rigoroſo ſubcundo deſtinauimus, quos textus non ſolum apte & doctè interpretatus eſt, ſed etiam in examine expectationi noſtræ ita ſatis fecit, vt per vnanimia ſuffragia ſummis iurium honoribus quam maxime dignus fuerit iudicatus, publica proinde ſolum reſtant ſpecimina, quibus edendis dies XXI. Sept. a. c. eſt præſtitutus, quo hora IX matutina Diſſertationem curſoriam ad I. 21. ff. de pactis habebit, eaque finita Diſſertationem ſuam Inauguralem

DE CENſV LAVDEMIALI

meo ſub moderamine contra diſſentientium obiectiones maſcule defendet. Cui ſolemni panegyri vt Magnificus & Conſulentiſſimus Academiæ noſtræ Rector, ſingularum Facultatum Decani ſpectabiliſſimi, venerabiles Seniores, & reliqui Academiæ Proceres, cum ciuium Academicorum corona intereſſe, & actui huic præſentia ſua decus conciliare velint, meo & ordinis mei nomine, qua decet humanitate rogantur. Publ. ſub Sigillo Facultatis Iuridicæ d. 9. Sept. MDCCLXX.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1770-73



f
Sb.

1018





1770/3
DECANVS

ORDINIS IURECONSULTORVM IN PERANTIQUA
ELECTORALI ACADEMIA ERFVRTENSI

D. RVDOLPH. CHRIST.
HENNE, ICTVS

EMINENTISS. AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CON-
SILIARIVS REGIMINIS, DICTI ORDINIS ET IVDICII PROVINCIALIS
ADSESSOR, NEC NON CODICIS ET IVRIS FEVDALIS

ANTECESSOR

SOLEMNIA IN

NOBILISSIMI ET CLARISS

DN. IOANNIS E

ERFVRTI

DICASTERIORVM ELECTORALIVM E

AD DIEM XII. SE

IN AVDTORIO IVRIDICO

PERAGENDA

SIMVLQVE NONNVLI

PRINCIPALITE

PREMI



ERFOI

AERE HENRICI RVDOLPHI NC

